



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Liber Officialis Seu Agendorum Pastoralium S. Trevirensis Ecclesiae**

**Johann Hugo <Trier, Erzbischof>**

**Mogvntiae, 1688**

Ordo introducendi puerperam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75322](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-75322)



His expletis Parochus accipiat pollice de faliva oris fui è manu  
finiftra tangendo aurem dexteram pueri dicat :

**In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti,  
Ephpheta, quod est, adaperire :**

**Et mox tangat nares dicens :**

**In odorem fuavitatis.**

**Denique tangat aurem finiftram dicens :**

**Tu autem effugare maledicte Diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.**

**Vade in pace ✠ fides te falvum ( falvam ) fecit.**

*Sciat prudens Parochus hunc modum supplendi omiffas ceremonias ex iis, quæ supra habentur ; accommodare etiam foemellis, & pluribus unius, vel utriusque sexus, mutatis fcilicet generibus, & numeris. Monentur etiam hic Parochi, ne mulierculas, quæ forfan non ita urgente neceffitate infantem præproperè baptizârunt, feve-rioribus verbis excipiant : inde enim fieri folet, ut tales acerbas reprehenfiones veritæ vel omittant baptizare parvulos etiam verè periclitantes ; vel certè de Baptifmo à fe collato interrogatæ præ timore redargutionis negent, ficque Sacramentum à Parocho iteratum profanetur.*

*Consultum tamen, & falubriter fuadendum, ut Parochus infantès ab obftetricibus baptizatos, ob errores sæpiffimè committi folitos, fub conditione femper baptizet fub forma prout fupra pag. 19.*

AB.

## **ORDO INTRODUCENDI PUERPERAS POST PARTUM AD ECCLESIAM.**

**S**I quæ puerpera poft partum juxta piam, ac laudabilem confuetudinem ad Ecclefiam venire voluerit pro incolumitate fua gratias actura, petieritque à Parocho benedictionem ipfe fuper pelliceo, & ftolâ albâ indutus cum Miniftro afpergillum deferente ad fores Ecclefie accedat, ubi illam foris ad limina genuflectentem, & accenfam candelam manu tenentem aquâ benedictâ afpergat, deinde dicat :

D 2

In



*aspersat. te. Deus rore celestis gratiam*  
**In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.**

*inponat* Amen.

*den. Sicut dicit illam ad altare et int. ennu. dicit*  
 v. **Adjutorium nostrum in nomine Domini.**

ps. **Qui fecit coelum, & terram.**

**Psal. 120.**

**L**evavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.

**A**uxilium meum à Domino, qui fecit coelum, & terram.

**N**on det in commotionem pedem tuum, neque dormitet, qui custodit te.

**E**cce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël.

**D**ominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

**P**er diem sol non uret te, neque luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.

**D**ominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum ex hoc nunc, & usque in saeculum.

**G**loria Patri &c. Sicut erat.

**K**yrie eleison. **C**hriste eleison. **K**yrie eleison.

**P**ater noster &c. Et ne nos inducas.

v. **Domine salvam fac ancillam tuam.**

ps. **Deus meus sperantem in te.**

v. **Mitte ei auxilium de Sancto.**

ps. **Et de Sion tuere eam.**

v. **Esto ei Domine turris fortitudinis.**

ps. **A facie inimici.**

v. **Domine exaudi, orationem meam.**

ps. **Et clamor meus ad te veniat.**

v. **Dominus vobiscum, ps. Et cum Spiritu tuo.**

**Ore-**



Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, Majestatem tuam supplices exoramus, ut sicut unigenitus tuus cum nostræ carnis substantia in templo est præsentatus, ita facias hanc famulam purificatâ tibi mente præsentari, per eundem CHRISTUM Dominum nostrum. Amen.

Deinde Parochus mulieri porrigens extremam stolæ partem  
cam introducit dicens:

A

Ingredere in templum DEI, adora Filium B. Mariæ Virginis, qui tibi fœcunditatem tribuit prolis.

~~Si celebretur missa, quæ erit occurrentis diei, vel votiva juxta mulieris devotionem, & aptissima de festo Purificationis B. Mariæ, quæ incipit: Suscepimus. Tum eâ finitâ Parochus eam dimittet in pace dicendo post Evangelium S. Joannis in missa lectum, porrigens mulieri librum deosculandum:~~

~~Per hæc Evangelica dicta deleantur universa tua crimina, & delicta.~~

Oremus.

Benedictio Dei Patris, & Filii ✠ & Spiritûs S. descendat super vos, & maneat semper. Amen.

~~Si verò non celebretur missa, tum Sacerdos veniens ad altare dicat:~~

~~✠. Dominus vobiscum. R. Et cum Spiritu tuo.~~

~~Initium S. Evangelii secundum Joannem.~~

~~IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Ioan. 1. Deum, & DEUS erat Verbum. Hoc erat in~~



principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehendunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus; qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex DEO nati sunt. **ET VERBUM CARO FACTUM EST**, & habitavit in nobis (& vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti à Patre) plenum gratiæ, & veritatis.

*Deinde det ei librum ad osculandum, & dicat:*

**P**er hæc Evangelica dicta deleantur universa tua crimina, & delicta.

**O**remus.

**B**enedictio Dei Patris, & Filii **+** & Spiritûs S. descendat super vos, & maneat semper. Amen.

**S**i



Si contigerit, Mulierem certo tempore à purificatione, adversâ valetudine, impediri; differatur purificatio, donec, utcunq̄ue restituta, in Ecclesiam ingredi possit; etiamsi mortis immineat periculum: quia purificatio extra facienda non est; neque substituenda alia Mulier purificanda in locum defunctæ puerperæ. Si quæ verò peperit prolem illegitimam, ea non introducatur per Sacerdotem, sed sola ingrediatur.

Gavant.  
in Enchr.  
Episcop.  
V. Bapf.  
n. 28.

## DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

### In quo à Parochis populus instruendus?

**Q**uoniam ij, qui per Baptismum Christiani facti, sunt adhuc imbecilli, & in spiritali certamine viriliter pugnare nequeunt; Chrismatis tamen Sacramento, quo Spiritus S. in corda fidelium se infundit, in gratiâ corroborantur, & tanquam fortes Christi milites adversus omnes carnis, mundi, & Diaboli impetus armantur; ob eam causam Sacramentum hoc Confirmatio appellatur. Et licet ritus, quo administrari solet, ex Pontificali Rom. peti debeat, cum juxta SS. Trident. Conc. doctrinam solus Episcopus sit ejusdem ordinarius Minister; tamen hac in re Parochos officii sui admonendos judicavimus: idcirco omnia, quæ ab eisdem de institutione, natura, dignitate, effectu, & suscipientibus hoc Sacramentum, tempore competenti proponenda, & explicanda sunt, ex Catechismo potissimum Romano, & aliis probatis Doctoribus excerpta, prout nuper delegatæ à Nobis ejusdem Sacramenti administrationis tempore desuper requisiti, editâ in typo brevi instructione, ad quorundam Parochorum majorem promptitudinem subnectere placuit.

### CAPUT I.

#### De institutione Confirmationis, & quid sit?

§. I.

#### *Christus instituit Confirmationem.*

**S**icut enim Salvator noster in die Pentecostes Apostolos suos gratiâ S. Spiritûs, methodo speciali, formâ visibili confortare voluit, ut fidem eò constantiores profiterentur; ita etiam voluit ordi-

ordi-